Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Rem. Coronam auream super caput eius. Expressam signo sanctitatis gloriam honorem et opus fortitudinis. ℣. Quem invenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Expres. In iij. nocte. An. Iustum dominus et iustitias dilexit equitatem vidit vultus eius. Ps. In domino confido. An. Habitabit in tabernaculo tuo requiescet in monte sancto tuo. Ps. Domine quis. An. Posuisti domine super caput eius coronam de lapide pretioso. Ps. Domine in virtute. V. Magna est gloria. Sunt que infra ordinem.

Rem. vij. Hic est vere martir qui pro christi nomine sanguinem suum fudit. qui minas iudicum non timuit nec terrene dignitatis gloriam quesivit sed ad celestia regna pervenit. ℣. Iustum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei. qui mi. Rem viij. Posuit coronam capiti meo et circumdedit me vestimento salutis. Ad expugnandas gentes et omnes inimicos. ℣. Iudica domine nocentes me expugna impugnantes me apprehende arma et scutum. Ad ex. Ad binos nonum Rem. Iustum deduxit dominus per vias rectas et ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctorum honestatem